Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36549
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



68

sui reliquias catulorum. ut p humilitatem micarum ad pa
nis integri uenia magnitudinem. O mira rerum conuer
sio. Israel quondam filius. nos canes. Per diuersitatem fi
dei ordo nominum commutatur. De illis postea dicit.
Circumdederunt me canes multi. Et. iudeorum canes. iu
deorum malos operarios. iudeorum concisionem. Hos audi
uit cum syrophenissa. & mulierem quae sanguine fluen
tem. O magna est fides tua fiat tibi sicut uis. & filia
fides tua te saluam fecit. Cum. transisset. inde
ihc. uenit secus mare galileae. & ascendens in mon
tem sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbae multae ha
bentes secum claudos mutos. caecos. debiles. & alios
multos. & proiecerunt eos ad pedes eius. In eo loco ubi
latinus integrum transiuit. debiles. In greco scrip
tum est cellus quod non generale debilitatis sed unum in
firmitatis et nomen. ut quidam claudus dicitur. quia uno
claudicat pede. Siccyllus appellatur. quia una ma
nu debilem habet. Hos propriam huius uerbi non ha
bemus. Inde in sequentibus euangelista ceteros
debiliores exposuit sanitatis. horum tacuit. Quid
enim sequitur. Et curauit eos. ita ut turbae mirarentur.
Videntes mutos loquentes. claudos ambulan
tes. caecos uidentes. & magnificabant dominum israel.
De cyllo tacuit. quia quid contrario dicere non ha
bebat. Hoc de uno uerbo Intuiamur autem quod
sanata chanaanea filia. reuertitur ad iudeam. & ad
mare galileae. & ascendit in montem. Et quasi aui
tenus fessus. puocat ad uolandum. ibique sedebat.